



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

22. de multiplici nominum ac prædicationum differentia in diuinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

E P I T O M E

quia hi tres vnum sunt: sicut in Apoc. legi- 1. Io. 1.
tur de Filio, quod habet nomen scriptum, Ca. 19
quod nemo sit nisi ipse. Non enim inde sepa-
ratur Pater aut Spiritus sanctus. Et cum di-

D. Tho. 1. citur, Nemo nouit Patrem nisi Filius, no-
q. 31. artic. de separantur alij. Aliquando & nominan-
3. C. 4. tur Pater & Filius, & tacetur Spir. sanctus:
ut Veritas ad Patrem ait, Ut cognoscant te so-
lum Deum. & quem misisti Iesum Christum.
Cur (ait Aug.) tacuit de Spir. sancto? Quia
consequens est ut ubique nominatur unus,
reliqui intelligantur.

D E M V L T I P L I C I N O M I-
N U M A C P R A E D I C A T I O N U M D I F F E R E N T I A I N D I U M I S I S.

D I S T I N C T . 22. C A P . Primum.

*Sextuplicia sunt Nomina quae Deo tribuuntur
secundum substantiam.*

D. Einde demonstrandum quibus modis de-
ineffabili illa Trinitate ac unitate ali-
quid dicatur. Illud ergo praecepit te-
neamus quaedam esse nomina ad singulas per-
sonas distincte pertinentia (ut ait Aug. lib. 9.
de Tri.) quae de singulis tantum dicuntur per-
sonis. Quaedam vero essentiae unitate significan-
tia, quae & de singulis sigillatim, & de o-
mnibus communiter dicuntur. Qaedam transla-
tiue & per similitudinem de Deo dicuntur. Pro-
prietatis itaque indicia sunt (ait Amb. lib. 2. de
Tri.) generatio, Filius, Verbum: Unitatis vero

3. æternæ Sapientia, Virtus, Veritas, &c. Similitudinis verò Splendor, Caracter, Speculum, & huiusmodi. Quædā insup quæ ex tempore deo cōueniunt, & relatiuē ad creaturam dicuntur (vt ait Aug. lib. 5. de Tri.) quorū quædā / dicuntur de omnibus personis, vt Dominus, Creator, Refugium: Quædā autē nō de oībus vt donatus, dat⁹, missus. Præterea unū nomē est, quod de nulla Persona sigillatim dicitur, sed de omnibus simul, scil. Trinitas, quod nō dicitur secundū substantiā, sed quasi collectiūm pluralitatē designat personarū. Sunt etiā quædā nomina quæ ex tempore de Deo dicuntur, sed non relatiuē, vt Humanatus, Incarnatus, & huiusmodi. Ecce sex nominū differentias assignauimus, quibus utimur loquentes de Deo, & de quibus agendum est.

C A P . secundum. Prædicta nomina non eodem modo de Deo, & de personis dicuntur.

Illa quæ p̄priè ad singulas psonas pertinet, relatiuē adinuiçē dicuntur: sicut Pat. & Filius, & utriusque donū Spir. sanctus. Ideo prima. substantialiter non dicuntur, vt dicit Augu.

Cap. I. lib. 5. de Trinit. sed relatiuē.

Ea verò quæ unitatē essentiæ significat, & Regula ad se dicuntur, substantialiter utique dicuntur & de omnibus communiter, & de singulis sigillatim dicuntur personis, & singulariter & non pluraliter accipiuntur in summa, vt Deus bonus, potens, magnus, &c.

f. 18. a.

EPI TOME

Non tamen magnus est , aut potens, aut alia
magnitudine , potentia , aut bonitate, quæ
non sit ipse Deus: alioqui maior esset ma-
gnitudo quam ipse Deus.

DE HOC NOMINE
Persona.

DISTINCT. Vigesimætertiæ
CAP. Primum

Persona est nomen substantiæ.

ESt tamen vnum nomē substantiæ, Per-
sona, quod secundum substantiam di-
citur de singulis personis, & pluraliter
non singulariter in summa accipitur. Dici-
mus enim, Pater est persona, Filius est perso-
na, Spiritus sanctus est persona: Nec tamen
dicitur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt
vna persona, sicut dicuntur vna substantia: sed
tres Personæ. Hoc ergo nomen excipitur à
prædicta regula nominum , quæ secundum
substantiam de Deo dicuntur , quæ dicun-
tur singulariter & non pluraliter de omni-
bus personis in summa.

Quod autem Persona secundum substan-
tiam dicatur Aug. ostendit lib. i. de Trinit.
dicens: Non est aliud Deo esse, aliud Perso-
nam esse, sed omnino idem. Item: In hac Tri-
nitate cum dicimus Personam Patris , non
aliud dicimus quam substantiam Patris.